

CAPUT VI.

Figura Dictionis est captiosa argumentatio, qvæ ex variâ & ambiguâ accidentium Grammaticorum nascitur usurpatione, qvum vel primæ notiones commiscentur cum secundis, vel accidentia partium orationis, Masculinum cum Fœminino, & Prædicamenta inter se confunduntur, & sit μετάβασις εἰς τὸ ἄλλο γένος, adeòq; phrasis seu ratio loquendi non rectè intelligitur.

EXEMPLA.

a. *Homo est generis communis:*

Tua Sponsa est homo:

E. *Tua Sponsa est generis communis.*

Resp. est fallacia Dictionis. *Homo* in maiore propos. sumitur in secundâ notione Grammaticâ, & ita Grammaticè & τεχνικῶς consideratus, rectè dicitur esse Generis communis. *In minore* verò *homo* non accipitur Grammaticè sed *Physicè*, consideratur etenim in primâ notione. Atq; sic rectè dicitur *Sponsa homo*. Ipsa autem significatio manet eadem. In utraq; enim pro-

m, &
Gesne-
n ori-
men-
um in
inibus
sg a-
e est.
non-
ecca-
i pro-
ifum.
, ut
n.

sive
ofer-
abet.

icia-
Ut:
lum.
Qvo
ni.
PUT